



S. MARIA DEI GENITRIX.

18  
17  
16  
15  
14  
13  
12  
11  
10  
9  
8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
0

AMICITIA ET INIMICITIA  
V L I E R I S

*Cum*  
S E R P E N T E,

*Pro ordinaria Concione Academica.*

IN FESTO GLORIOSISSIMI DE SERPENTE  
TRIUMPHI, IMMACULATÆ SEMPER  
VIRGINIS

M A R I Æ,  
CORAM EXCELLENTISSIMO

Respectivè, & Illustrissimo Auditorio,  
PER MODVM THESIS ET ANTITHESIS  
*Panegyricè exhibita,*

Atque ejusdem super-Immaculatæ semper  
Virginis Gloriaræ,

*Dicata*

A

R.P. SIGISMUNDO HARTMAN

è SOC: JESU,


*Cum Superiorum Licentia.*

P R A G Æ,

Typis Universitatis Carolo-Ferd: in Colleg: Soc: JESU ad S. Clement:

Contere VIrgoprlor Cap Vts Vperbo  
InsIDlas CaLCI postea neCte DraCo.





Inimicitias ponam inter te , &  
MULIEREM. IPSA conteret caput  
tuum,& tu insidiaberis calcaneo  
ejus. *Gen. 3. Vers. 15.*

**P**

Rima in Orbe Amicitia , Serpentem inter & Mulierem. Prima in Orbe Inimicitia , Mulierem inter & Serpentem. Amicitia peperit Inimicitiam, Familiaritatem contemptum, usque ad calcaneum pedis. Quid jam in Orbe securum dixero ? Tutum in Rotundo consistit nihil. Acta Mundi Mulier, & Serpens inchoant : Quam lubrica rerum gerendarum auspicia ! Quis posthac credat Amicitiis ? Prima conversatio , inchoatur mendacio. Primum Sociale Animal sociatur hosti. Primum Amicitiae poculum , fel Draconis, primus hominis bolus, non una , uno in mersu, mors est. Quis posthac fidat praesidijs ? quando primum Hominis Adjutorium Simile succursui , primo cedit incursum ? & primum ab ipso Deo super Costa fundatum Edificium a callido Tormentorum Praefecto, unius, non globi , sed ponai, sed Mali, mille malis Granati, iactu, velut joco , sternitur in rudera, joco fatiscit in pulverem, joco in favillam abit & cinerem ? O ! Lusum lusum latrunculorum ! in quo verè REX ater vicit in albo ; quando occupato Innocentiae campo , Reginaque cedente pariter & Excedente, ipsi Regi, vitali nuper colore candido, & rubicundo, Schach matt, seriamente, risu dicam , an sibilo, indixit mortem.

Nunquam ergo posthac cum Serpente ludendum est ! Non conversandum, sed aversandum ! Omnia eum Dracone foedum est foedus, Bellum omne , bellum est.  
*Una cum Serpente Amicitia , omnia perdidit. Una Inimicitia restauavit Universa.*

A

Ulque

Usque adeò , semper plus hostis *Famina* prodeat,  
Semper *Amica* nocet.

Videamus odibilem *Amicitiam* , amabilem *Inimicitiam*.

PARS I.  
Amicitia  
Mulieris  
& Serpentis

**V**etus verbum est: *Similitudo morum, mater amorum. Omnis amicitia, vel similem invenit, vel facit. Nil Muliere Serpeni similius.* Quid mirum ergo, toto orbe primam, eos inter, coaluisse amicitiam? Quam bene convenientur & in una sede morantur! *Mala herba Mulier!* similis simili latet anguis in Herba. *Cor, oculi, Lingua, Progressus, Figura,* Tota denique Fæminæ natura, *Serpentina* est.

Cor.

Ac primùm quidem *Cor Serpentis* habet.  
*Serpens callidi Cordis animal, vafrum, tortuosum, versipelle, bicors.* Sed & *Serpens inquit Moyses, erat callidior cunctis animantibus terra, qua fecerat Dominus.* Si nulla sit sine Exceptione Regula, ausim dicere: *unâ exceptâ Muliere.* Usque adeò viris omnibus calliditate *Mulieres* antestant. De dolis græcè loqui libeat:

Euripid: a.  
pudicidam.

*Eἰ γὰς δόκοισιν ἦν τὸ νικητήγορ.*

*Ημεῖς δὲν αὐδίγων ἐχομεν Τυράννιδα.*

(Inquit insultantes apud Euripidem *Viris Mulieres*) quasi dicerent, me interprete.

Cedite Castra Viri, subdite colla jugo!

Sipugnare Dolus, si vincere debeat Astus,

Vicius! Imperium nostra tyrannis habet.

Plinius.

Pellem, non naturam, anguis mutat. Nimis profunda in *Muliere* suffulta Dolor est. Tota pelle contexta pellis est. Cepulam dixeris. Hinc illæ lacrymæ! Quibus gemina illa, in statu quondam In-

a. *Iud. 16.* nocentiae, frontis serenæ sidera, exuto jam Castore & Polluce, in-

b. *Gen. 27.* vicinas sibi degenerarunt Hyadas, & uterque latitiae collis in val-

c. *6. 7. 8.* lem abiit lacrymarum. Non *Dalila* (a) tantum, sed & *Rebecca*, (b)

d. *Eccl. 4.* & *Iabel*, (c) & *Judith*, (d) & optima quæque, modò non sit sine se-

e. *18. Eccl. 19.* ipsa, non sine Dolo, est fæmina; etiam cum benelegerit, ut vel

f. *Judith. 11.* hinc cetera obseurus ille Scripturæ locus lucem, capessat: *Melior est*

g. *15. Eccl. 16.* *iniquitas Viri, quam Mulier bene faciens* (e) non dixit, quam bonum

h. *Eccles. 42.* opus *Mulieris*, sed quam *Mulier ipsa benefaciens*, quia scilicet:

i. *9. 14.* Quidquid agat *Mulier*, non agit absque dolo. Argutè *Chrysostomus*

j. *Ep. 1. ad Timoth.* (f) *Mulier quidem, inquit crimen excusans ait: serpens decepit me.*

k. *Adam* verò non ait: *Mulier decepit me, sed tantum: Mulier dedit mihi de*

de ligno, & comedì. cur ita? Non erat scilicet opus Adamo dicere, Mulier decepit! verbum rem per se declaravit: ubi Mulier ibi Deception. Quod à fæmina prodit proditione prodit consilium.

At enim, non Corde tantum, sed & Oculis, Serpens est Mulier. Oculi Nullus Basiliscus, tam certum oculis jacit venenum.

Quàm ergo acutè, de Mulierum oculis, dixerit ille: Oculi! ô scopuli! titulo meliore vocandi! ad quos allisa tot periére rates!

Tam verè ego. Oculi! ô funerei, Innocentia sèpiùs interemptæ, loculi! ô oculi! non jam tantum Basilisci! quia jam non amplius Reguli, sed tyranri! ô pupillæ! quas ipso talionis Jure, quisquis dixit, lege pupillas dixit! ut quæ interempta Gratia, matre, geminas Fidem (g) Spemque forores, efficitis ipsæ toties pupillas!

Quàm bene oculi nictus, dicitur iktus! Non enim jam verbæ tantum aëre verberant, & cor everberant, sed & vestri vobis ô oculi! sunt fudes (h) & baculi! quibus vigil ille latrator canis, syndesis; à limine sèpe depellitur, & mentis arx, nullo jam arcente, faciliis hosti, tenetur.

Quin imò, quæ prima vidit lignum (i) adhuc (k) trabem habet in oculis Mulier, quò illa hostili velut ariete factò, muros impedit quatin moenia, & fortissima denique, si non momento, certè iktus Luc. 4. 42. oculi instantे, capit, Castimonie Castella. Unde tritum illud: Cyn- tibia prima suis miserum me capit ocellis! quod non unus, amans amens, non tamen mente priùs, quàm oculis Captus, nec cæcus tamen, quia (hoc enim dolet) nimium Argus! in ferrea ipse sibi captivitate sua, Carmen occinit, lamentatione (l) & Væ!

Vir igitur, sed non jam (m) simplex Hiobe dici potes, qui timens DEUM pariter ac semi-hominem, serpentinis armatum oculis, Triplum, quod difficilè dissolvitur, cum columbinis, quia simplicibus, Intellectivæ, Imaginatricis, ac Sensitivæ, facultatum tuarum oculis, fædus pepigisti.

Nec jam in hoc puer, sed super senes intellexisti, opinor, Cupido; qui contra notum tibi vicina Matris, fascinum, pedes alis, oculos fasciâ obarmasti! quando, nè Divinus quidem, sat tutus Amor est; qui vel in ipso Epithalamij Cantico, pausam mutare coactus in fumam, non finè oculatâ ratione, Sponsa dixit. Oculi tui me avolare fecerunt. (n)

Jam vero Lingua serpentis pariter atque mulieris, vel est, vel

g. Con. Trid.

h. Iosue 23. 6. 3.

i. Génés. 30. 6. 5.

k. Matth. 7. 4. 5.

l. Gén. 42. 1. 6. 9.

m. Job, 1. 1. 6. 9.

n. Ierem. 9. 1. 6. 9.

o. Gerv. 1. 6. 9.

p. Cant. 6. 1. 6. 9.

incredibili, quo vibratur, motus celeritate, bisulca videtur. Sonus  
Vocis, mollior utrique. Vox *Mulieris*, cum familiarius in aurem in-  
fusurrabit, Viperinus est sibilus; cum lata cecinerit, fistulae; cum irata  
exclamabit, serpentis alati, Vox *Pavonis* est. Gula *Mulieris* delica-  
ta. Cibus Leviathan, cupedia. (o) Hinc bene à Scripturâ Pueris so-  
18. ciantur Fæminæ. (p) Nam & hi, & haec, semper aliquid, quod lincturi-  
p. Gen. 46,  
6. 5. Ex 12  
q. 37. Iosue.  
8. 6. 35.  
q. Virg. Ec. latet anguis in herba.  
log. 3.

B. Quid jam porrò, Tardigradè, atque extento exorrecta collo,  
velut serpendo progrediens, & longum post se syrma trahens fæmi-  
na, nisi *Progressus* serpentis est?

Figura. Ad hæc tam formâ suâ *Mulier*, quam figurâ *Serpens* ipse, quid  
nisi lubricum Vinculum, *Alberto Magno*, (r) annulosum animal,  
l. 21. de A<sup>r</sup> *Vipens Catena*?

Naturâ  
Venenata. Necjam deniq; Genuinum Naturâ suâ *Mulieri* deest venenum.  
non menstruum modò, sed ephemerum; Nam & cum irata momor-  
derit, cum dentem, aut unguem infixerit, teste Fernelio, & morsus,  
s. Fernelius & unguis, & saliva venenum est. (s) Huc spectat Alcuinus, (t) quan-  
l. 4. c. 16. do totam primi pomi noxialis eò malitiam refert, quod à fæminâ  
t. Alcuinus contrectatum, premorsum, atque in Adamo, posteris propinatum  
Serm. de sit. *Exuge, Domina!* (*Mariam alloquens, clamans*) *Exuge Virus hoc*  
Nutr. Virg. *mortiferum*, quod de pomi sui reliquiæ nobis *Eva propinavit*: ubi Baë-  
u. Baëza, za (u) ponderat illud: *De pomi sui reliquiæ*: quasi, inquit, pomum  
Comm. Er. illud cætero qui forget innoxium, nisi fæmineæ contactu manūs, in-  
l. 4. c. 2. §. 5. toxicatum, semiestæ, *Mulieris* fuissent reliquiæ.

Immortalem DEVM! Sed unde, unde quæso, tam excessivam  
dimanâsse malitiam arbitremur? Non profectò *Mulierum* Genus,  
primigeniâ suâpte Naturæ conditione, malum est, quin imò *Viris*  
x. Genes. 3, ipsi, ad omne Bonum, naturâ propensius. Adjutorium hominis,  
¶. 20. Via solatium, Virtus propago, ipsa quinimo Vita. Nam ubi vulga-  
y. Hier: de ta: Et vocavit Adam nomen uxoris sua Heva, eò quod mater esset cun-  
Qn: Hebr: torum vivendum. (x) Hieronymus de Quæstionibus Hebraicis: alias  
a. Aug: de inquit litera habet, & vocavit Adam nomen Uxoris sua Vitam (y) &  
Gen. ad lit. D. August: de Genesi ad literam. Majore quodam inquit instinctu  
l. 4. c. 2. vocavit Adam nomen uxoris sua Vitam. (a) ubi nota 3. literas E. V. A.  
qua-

quarum medium V. hoc est **Vitam**, utrinque A. & E. hoc est **Adam** & **Eva**, continent, atque propagant. Et tamen in hac ipsa **Vita** propagine, E. præponitur A. **Eva Adamo, Mulier Viro.** Non igitur venenata, non pestifera, sed tota Vitalis, imò totius Mundi Vita, est **Mulier**. Ecquis ergo, in hoc agro **Vita**, nigro cinerea, eaq; tam virulenta, **Malitia Mortuq; Zizania superseminalis?** (b) **Amicus, an Inimicus b. Marsh.** homo hoc fecit? (e) Amicitia fecit; Amicitia infecit. Una scilicet, 13. §. 25. eadémq; prima illa, **Mulieris, cù infernali Dracone, Amicitia, hoc eam** veneni halitu, intoxicatebat, hoc apud SS. PP. mali nominis odore perfudit; quem hæc **Testa** recens imbuta semel, jam servat in ævum: ut dicere jam **Serpenti** iure possit **Mulier**: **Fætere fecisti odorem meum** d. Exop. 50. (d) **coram Filiis meis: id est PATRI BUS.** §. 21.

**E**XURGE ergo aliquid! **Mulier Melior**, virago fortior, formosa facie, terribilis acie, Exurge MARIA! Et quod prima cum **Dracone** amicitia perdidit, priuā cum **Dracone** Inimicitia, felix restaura! Sed Ecce; vix Inimicitiam dixi, jam Victoria edixi. **Inimicitias inquit ponam inter te, &** Mulierem; ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus (e) e. Gen. 3. Mirum dictu! Prior Victoria! posterior Pugna! Nec dum bellum principium, & jam finem prælij, triumphum, tenemus. Non enim tu primū insidiaberis, deinde ipsa conteret, sed prius, inquit: ipsa conteret, posterius, Tu insidiaberis. O nimium felix pugnæ conditio! ubi tam velox Victoria anticipatio. Prius ipsa scilicet tibi **Draco Caput**, cum Lingua & Dentibus elidet, & tum primū, jam Victus, pugnare miser incipies! Elinguis Classicum canes, mordebis edentulus, cerebro in pultes contrito, machinaberis insidias. O nimium felix, quia nimium velox MARIA! ante pugnam, pro priori non natura, sed gratia, primo statim vincit instanti! —

**A**Sic, sic, cum serpente pugnandum est; non expectandus sibilus, non congressus, non collectatio; sed præoccupatâ ante pugnam, Victoria, in ipso Belli capite, caput elendum est. Quām dispar **Eve & MARIA** conditio! illi amicitia, huic Inimicitia, omnis illi, nulla haic cum Serpente similitudo est. **A**

**D.** Cor Serpentis, latibulum Versutiæ, Cor MARIE, Thronus Sapientia! cuius quia lacteus, ideo nunquam non sapidè Bernardus. Insipientia longè sub pedibus MARIE! Imò verò unicus ille Stultus, et totius stultitia princeps, qui verè mutatus ut Luna, sapientiam perdidit

b. Marsh.  
13. §. 25.  
e. ib. §. 25.

d. Exop. 50.  
§. 21.  
PARS II.  
Inimicitia.  
Mulieris.

e. Gen. 3.

*Præsumulit a  
lacte. Hu  
versu. Præte*

didit in decoro suo, sub MARIE pedibus concutatus, miseram patitur  
1. D. Bern. servitatem. (f) Quid mirum? Vixus est captusque . Sophista ver-  
eis. ab Il- satus, in stultitia sua. Scilicet humilitate Virgo, Draco superbia,  
depb. de hoc est (Bernardo) stultitia, Virgo Sapiens pugnabit peccato, imprudens  
Flores. In c. ille capite; Quid miramur ergo, Stultum esse Iesum capite? Nec opus  
24. Eccl. pugnat fuit, quisquis suo Capite ntitur, jam Eversus est. Pes co-  
lett. 1. §. 2. lumna, Sphæra Caput est; facili pedis impulsu, vertiginem rotun-  
dum patitur, & subsistente penesstantem Victoria, primum in fu-  
gam inclinatur Mobile, & campo cedit.

Sed nimis illus, versatus ille, diffisiles ijs, quibus in Montem Te-  
g. Isaias 14. fragmenti (g) frustra quondam tentavit Ascensum, qui que adeò Debi-  
§. 13. les, laßsum in lapsum impulere Pedes; excivit in suppetias Caput; cu-  
jus fretus Duritia, nihil non pertrumpere attentavit. Nam cum Spre-  
to filio Isai, ut stultus Nabal, omne jam gloria, gratiaque digessisset

h. 1. Reg. vinum, (h) solo posthac positus Lucifer in fermento, irâ dolorique  
25. 6. 37. in stuporem attonitus, factus est quasi Lapis; Lapis offensionis, &  
i. 1. Petri 2. Petra scandali, (i) ad quam omnes offenderent. Tu sola tamen ne tibi  
Gers. 8. meas Abigail Regina! quam insenatus Lapis ille, & stultus Nabal  
k. Luc. 1. debito non prævenit honore, hanc Tu Mulier sapiens, prævenien-  
6. 30. tem invenisti, in conspectu Regis, gratiam o(k) MARIA! Noli metuere;  
l. Psal. 90. ne unquam offendas, ad hunc Lapidem Pedem Tuum (l) in principio  
6. 12. m. Ezech. viarum, mandavit de Te.

28. 14. Et vero quid Virgo metuas Pedem? Vilissimus hic Lapis, non  
n. Ier. 23. jam solidus amplius, in medio Lapidum Ignitorum (m) Carbunculus,  
§. 29. sed extinctus Carbo est, uno calcanei Tui obteritu delendus.

o. Ps. 77. Quod si Lapis ille non Carbo, sed Terra est; Tu, si non Malleus  
§. 15. p. Job. 19. conterens, (n) certe Virga Moysis es, Petras interrumpens. (o)  
§. 29. q. Matth. Si Durus Silex est. Tu durior silice, Celtis es, MARIA! que ar-  
21. 6. 42. tifice Spiritu S. solidissimum nobis Lapidem (q) illum, qui factus est  
r. Act. 4. 9. in Caput Anguli; (r) elaborasti.

II. Si denique, Mola asinaria (s) est, durissimum illud jugum, (t)  
s. Matth. peccatum Originis intelligo, quod impositum est super filios hominum.  
18. 6. Tu, quod saxeum hoc dissolvat jugum, non quidem Hannibal a-  
2. 3. Reg. 12. cerum, (u) sed Oleum es, à cuius vel primâ facie, jugum computrescit. (x)

u. Invenitius Quin imò tam fragilis est Lapis iste, qui per compactionem  
S. 10. malè semper cohæritum Hominum Voluntatum, in uno capite co-  
x. Isaias 10. luit; ut nec oleo opus sit, nec aceto, sed unicā duntaxat (y) Aqua fib-  
§. 27.

y. aqua  
Sapientia:

12, nec vi, nec sèpè cadendo, dissolvi possit momento. Tu contrà  
Mons es Petre Durissimæ, ex quo excisus (z) est, sinè manibus Lapis z. *Isaia* 51.  
ille fortissimus, cujus partes indissolubiles, consistunt; cùm eà co- *Vers. 1.*  
harent Unione, quæ quia hypostatica, per essentiam subsistens est.

Serpens in veteri Testamento *Callidus*, (a) in novo etiam pru- *a. Genes. 3.*  
dens (b) dicitur, Cur ita? quòd reliquo corpore, caput tueatur. Sed *Vers. 1.*  
cur obsecro tantæ jam Caput est Cura? Impressit credo tibi vel in- *b. Mattheo*  
vito, Capitique tuo, pede suo, prudentiam hanc, Virgo prudentis- *10. 16.*  
fima; totum jam Corpus periculis exponis, ut tantùm caput ab iactu  
conserves. Nimiùm scilicet adhuc à Pede Virginæ tibi Caput do-  
let. Prudens effectus, scis ubi te *Calceus* premat, alios in pede, Te in  
Capite.

Oculi Serpentis invidi, lusciosi, cruenti, Ignei. Oculi MARIE  
oculi benigni. oculi columbarum. (c) Non Ignei, sed Aquei. Sicut *c. Cant. 1.*  
piscine in Hesebon. (d) Ignis semper ad alta, Aquæ ad convallia con- *14.*  
tendunt. Eva oculus, in sublime elatus, Vedit Lignum, quòd esset pul- *d. Cant. 7.*  
cbrum visu: (e) Vedit, & periit: oculus Virginis, in terram depres- *Vers. 4.*  
sus, non arborem, sed arboris umbram vidi, & in umbrâ, mortem *e. Genes. 2.*  
expavit. *Vers. 6.*

Lingua Serpentis, linctu dulcium vivit, MARIA & Mare, & Mara, *f. Ruth. 8.*  
amaritudine (f) gaudet. Mel & Lac, non super, sed sub Lingua ejus, *20.*  
Labia ejus destillantia Myrrham primam. (g) Serpentilethalem, cor- *g. Cant. 5.*  
ruptioni inimicam. Hinc licet totus cum lobo Mundus, Sathanâ *13.*  
percussus ulcere pessimo, ingemiscens dicat: *A planta pedis*, usque *h. Job. 2.*  
ad verticem capitis (h) hoc est: à postremo, usque ad primum, idque *h. Job. 2.*  
caput hominum Adam, non est in me sanitus! tamen cum eodem, *Vers. 7.*  
dicere debet: corruptionis omnis expertia, derelicta mibi sunt tan-  
tummodo Labia! (i) hoc est MARIA; cujus, uti & Laborum, est, pro-i. *Job. 19.*  
ferre Verbum. Hinc statim Labia conferre Labiis, & osculum oris, *Vers. 20.*  
audet petere in principio; primo omnium suspirio, exclamans!

Osculetur me osculo oris sui. (k) hoc est, Spiritu Sancto. Qui est (l) k. *Cant. 1.*  
osculum Patri ad Filium, & osculum Filij ad Sponsam. *Vers. 1.*

Quid mirum? ergo, si nec in vertice Capitis, Adamo & Patriar- *l. D. Bern.*  
chis; nec in Costis pectoris, Evâ, cum reliquis Mulieribus; nec in O- *sermo. 8. in*  
culis Prophetarum; nec in Dentibus, Apostolis, nec in Auribus, hoc est m. *P. f. 4.*  
ceteris Fidelibus; sed prima omnium, Diffusa (m) est gratia, tantùm *Vers. 3.*  
in Labiis?

**Figura Serpentis, oblonga, funis instans merum vinculum est, &**  
n. *Ad Galat.* catena. MARIA tota libera; quæ libertate, Christus nos redemit. (n)  
3. *Vers. 31.* Non sumus filij (o) Ancilla, sed Libera; ubi Spiritus tuus Domini, ibi Libe-  
ratis. (p) Hic Virginem Spiritus, Pileo, hoc est libertate donavit,  
p. Hieron. cùm obumbravit ei. (q) Datur quidem teste Athanasio, (r) etiam Ser-  
im c. 11. If. pens Pileatus, isque, velut Regulus cæterorum, omnium virulentissi-  
Eg 2. Cor. 3. mus; hinc ad cautelam hominum, ei crepitacula, Natura Mater  
Vers. 17. appendit. Sed ego illam capitam eminentiam, non coronam, quam  
q. Luca 1. superbus affectat, nō pileum, sed alti vulneris tuber dixerim, quod ei  
Vers. 35. quondam Pes Virginis inflixit, in perpetua notæ ignominia, characterem  
s. Alban. infamiae, servitutis insigne; cuius infame symbolum sunt crepita-  
Kircher L. culæ, Turnebus teste; quando æternâ servitute, & supremo Damna-  
de Triplici-  
Regno Ma-  
gnos. tos supplicio, crepitacula gestasse memorat, nè quis eorum, uipore  
s. Turneb. infamium, contactu, piaculo se obstringeret. (s) Jam denique.  
l. 3. c. 11.

Progressus Serpentis, & totus serpens ipse, quid est? Mera, vivens  
t. Deut. 28. atque in Terra repens, est Cauda. Factus est in caudam. (t) qui ma-  
Gers. 44. nendo Angelus, esse poterat, quod pinguntur illi, merum alatum  
u. Prov. 5. Caput. Contrà verò, MARIA progressus, non repens, sed velox. Ipse  
Vers. 19. testudo est, ipsa cerva est. Cervæ gratissima, (u) & Filius ejus hinnulus  
x. Cant. 2. cervorum, (x) velocissimum atque inimicissimum Serpentis genus,  
G. 9. Eg. 17. hinc mortuum, & insidias ejus, celeritate elusit, virtute elicit. Ser-  
y. Gen. 3. penti dictum est: super petitus tuum gradieris. (y) Male bestia, ventres  
Gers. 14. pigri, (z) in terra repunt; MARIA volat, quia non ut Eva, Virgo de  
z. ad Tit. 1. terrâ, sed ut secundus homo (a) de Cœlo, Virgo cœlestis, alata (b) est.  
Gers. 12. Velocior Camilla est, (c) Ipsa vel intactæ segetis per summa volaret

Gramina, nec cursu teneras læsisset aristas.

Sed Innocentior MARIA; In multis offendimus omnes, (d) in nullo  
in phœnix. MARIA, non in minime, non in apice, non in punto, non loci  
c. Virgil. tantum, sed temporis.

Velocior Atalanta, nullo, in cursu, impedita pomo- (vertit,  
ab. 3. G. 2. Velocior Lunæ, quæ motu proprio, duodecies Solem ipsum ante-  
ei Ioan. 2. hinc forè amica illa de nimia Matris celeritate, Filij querela:  
Gers. 4. Quid mibi & tibi est Mulier? (e) quæ inter nos motuum proporcio?  
Semper velocitate antevenis. Nondum venit hora mea. (e) Nondum  
scilicet venerat hora Solis, sed jam erat hora Lunæ; nondum hora  
Justitia. Jam hora Gratia, hora beneficiorum, hora MARIE.

Vit

Vis scire, quam velox sit MARIA? Qui velox est in opere suo, eorum Regibus stabit. (f) Illa jam ante Luciferum, ejus triumphatrix, Adstitit Regina à dextris (g) Regis. Quia tam velox scilicet v. 29. fuit in opere suo, ut ipsa omnium g. Psal. 44. Dierum Dei ipsius opera ante v. 11. vetterit. Adbuc Cardines orbis terra (i) non fecerat, & ego jam i. Prog. 8. Concepta eram, non decepta. Ex antiquis in principio ordinata (k) v. 26. sum, quomodo ordinata? Ordinata scilicet, ut terribilis castrorum k. ib. v. 23. acies, [l] ad triumphalem cum Dracone Inimicitiam, ad anticipatam ante bellum Victoriam. Jam credo, quod ait Philosophus: I. Cans. 6. Motum in Vacuo, si daretur, unico absolvendum instanti. In v. 8. Immenso illo Humilitatis Virginea Vacuo, quod ipsius Dei capax esse oportuit. MARIAE Motus Gratiae sursum, quo adhæsit Deus, & Motus gravitatis deorsum, quo Draconem oppressit, unico, egémque primo absolutus instanti est. Demum deniq; ut finiam.

Natura Serpentis tota virulenta est, MARIA Gracis Patribus:  
Apotheca Salutis (m) Cui nonnemo recentior Epigraphen affixit. (n) Que sparsa cernis pharmaca, Totam per officinam, Compens- m. Ex Ca-  
diosè in unicâ, Collecta sunt MARIA. Solent in Apothecis Cro- men: Saba  
codilorum, serpentum, Draconumque Exuviae, velut gloriose de- & alijs.  
debellatis hostibus Trophæa suffigi. Ecquis igitur & mihi hodie n. R. P.  
sacrum gratulantis amoris Oestrum inhibeat? quin & Ego Inv- VVencesl.  
eritissimæ kujuis Hebreæ puellulæ; vix spithamalis magnitudinis, jam Schöbene-  
tripalmatis gloriæ, plantâ dicam an plantulâ, supplantatum Im- fer.  
manem Draconem, eidem glorioissima detriumphatici, in Sta-  
tuam, & laureatum erigam Trophæum? simûlq; Victoræ tam præ-  
coci, quia natæ, priusquam nasceretur, tam properæ, quia instan-  
taneæ, celeri & ipse, atque adeò equestri dictionis genere, Trium-  
phale Epinicion appendam, & accinam lo!

PARVULA, qua stygio vestigia VIRGO Draconi  
Imprimis, immensi pondera Montis habent!  
En quantum gemit! & putri vomit ore cruorem!  
Succumbitq; Tuo, MAXIMA VIRGO, Pedi.

Crediderim Getici depresso pondere Pindi,  
Staret, & erectis iret in astra jubis.  
Sed Tua tam tumidos reprimunt vestigia fastus,  
Quam grave Virgineus Pes quoq; pondus habet!  
Qui quod calcariit Regali calce, decebat  
Ocyus, in teneram degenerare Rosam.  
Hinc nimis attritæ nisi sis jam Tartare frontis,  
Fecisset credo, te Pudor ipse Rosam.\*  
\* Ex Epigr.  
alber:Ines. Sed quia Spina manes, aciem cui VIRGO refregit,  
Spinosum facili calee teremus iter.  
Ite! quibus patrium mens est in vadere cœlum,  
Ite per oppressa terga caputq; Stygis.  
Qua vos Virgineæ ducunt vestigia plantæ,  
Hac, hac, mortales, Itur ad astra viâ.

A. M. D. G.

